

Ephesiae Dianae fanum nobilissimum maximum 12
pulcerrimumque orbis terrarum; introitu dextra sinistra
postes marmorei monolithi longi cubitis XX, qua
super templum †ascensu sunt CXL milia†.

Samio in templo Iunonis est scyphus factus ex he- 13
dera, cuius in ora capita quattuor arietina magna cor- 6
nibus mirae magnitudinis contortis.

Pergamo ara marmorea magna alta pedes qua- 14
draginta cum maximis sculpturis; continet autem gi-
gantomachiam. 10

Iaso signum Dianae marmoreum pulcerrimum 15
quod stat sub divo [caelo], nec cum pluit aqua tan-
gitur.

Bargylo est fanum Veneris super mare; ibi est 16
lucerna super candelabrum posita lucens ad mare sub 15
divo [caelo], quam neque ventus extinguit, nec plu-
via aspargit. sed et Herculis aedes antiqua; ibi ⟨e⟩
columpna pendet cavea ferrea rotunda in qua conclusa